[Ad ſpeculam] tumulus eſt mille paſſibus a nebriſſa diſtãs: vnde campos latiſſime patentes
ſpeculari poſſis:qui ex eo ſpecula dici poteſt.ad huius radices fontes ſunt qui indigene vocant
fontinalia.ſacra quoqꝫ fontium apud Ouidium in faſtis fortinalia dicuntur. Diuus Benedi- Diuus
ctus:qui in ipſo monticuli vertice ſacellum habet.[Tigris prior.] Omnium prima vt ſit cõpa-
ratiuus gradus pro ſuperlatiuo.[Arrigit aures]quaſi preſentiens.[Cauda ludens] .i.caudam

Ventum erat ad ſpeculam: que fontinalia dicunt
  Indigerie;diuus nunc Benedictus habet.
Ad ſtrepitum lymphe tigris prior arrigit aures:
  Et cauda ludens:preuia monſtrat iter.
In gelidos latices:ꝛ amenã frondibus vmbram:
  Et fontes ſacros:arida turba ruit.
Cunqꝫ refecta cohors vndis ſalientibus eſſet:
  Captus amore loci dicitur eſſe pater.
Conciliocꝫ habito:ſatyris dixiſſe vocatis.
  Atqꝫ mimalloneis:cetera turba ſilet.
Accipite o comites letaſqꝫ aduertite mentes:
  Hic mihi collis erit religione ſacer.
Nec tam nyſſa mihi natuſqꝫ ad ſacra citheron:
  Gratus erit quantum a nebride dictus ager.
Nec qui plus baccho qui ſe plus iactat oliuo:
  Et ceteris flaue meſſibus atqꝫ fauis.
Quare agite o ſatyri. nocturna repoſcite ſacra:
  Et vos baſſarides hunc celebrare locum.
Iam tartheſſiacas titan deſcendit vndas:
  Et feſſos curuo littore ſoluit equos.
Inuadunt thyrſos.reſonant vlulatibus agri

montitans Vergil.j.georgi. Vergilius
colludere plumas.[Preuia]
precedẽs ꝛ dux via monſtrãs
[Latices] aquas quas dixi-
mus ex fontib9 fluere.[Frõ-
dibus vmbram]qꝛ illic ſunt
arbores multe. [Fontes ſa-
cros] quia nymphis ſacros.
Vergi.in bucco. hic inter flu
mina nota et fontes ſacros.
[Arida turba].i.ſitiens.[Co
hors]bacchi exercitus. [Un-
dis ſaliẽtibus] Vergi.in buc Vergilius
coli. Dulcis aqua ſaliente ſi-
tim reſtinguere riuo.[Pater]
liber pater:ſic enim cognomi
natus eſt.[Concilio habito]
eſt concilium autem vbi om-
nes ordines conueniunt ple-
bei.ſ.et ſenatus et milites.
[Satyris et mimaloneis]co-
mitibus vtriuſqꝫ ſexus. ſunt
autem mimalonei ſiue mena
des.ſiue thyades.ſiue baſſari
des bacchi ſacerdotiſſe.dicte
ſunt autem mimallonee ſiue
mimallonides ab imitando
ꝙ bacchum imitentur.Oui-
dius de arte. Ecce mimallo Ouidius
nides fuſis in terga capillis:et Perſius.Torua mimalloneis implerunt cornua bombis.[Acci- Perſius
pite] oratio eſt bacchi ad comites attentoſqꝫ illos in primis facit.[Hic collis.] ſacra bacchi in
agris prope vrbem per noctem fiebant.cum itaqꝫ bacchus oppidum fundare decreuiſſet. hunc
collem proximum ſacris faciendis elegit.[Niſa] vrbs arabie vbi bacchus a nymphis fuit edu-
catus.[Citheron] mons boetie prope thebas baccho atqꝫ illius ſacris dedicatus. Vergilius
quarto eneidos.Orgia.nocturnuſqꝫ vocat clamore Citharon.eſt autem Ouidij hemiſtichium Vergilius
ex ſecundo metamor.natuſqꝫ ad ſacra citheron.[A nebride] ſunt autem nebrides dammarum
pelles.quibus ſacerdotes bacchi amicte vtebantur in ſacris ad quod alluſiſſe videtur. Sillius
italicus cum lib.iiij.punicorum dixit. At nebriſſa dioniſeis conſcia thirſis quam ſatyri coluere Silli9 ita-
leues:redimitaqꝫ ſacra nebride menas [Ne qui plus] quattuor in rebus dicit agrum nebriſſen- licus.
ſem:preſtaturum omnibus alijs vino:oleo frumento.melle:quarum due:ſcilicet Vinum ꝛ mel
bacchi inuentioni attribute ſunt.Oleum autem et frumentum coniuncta ſunt ijs duobus.[Ja
ctet].i.glorietur.[Baccho vino] et eſt metonymia [Flaue] quoniam quo tempore frumenta
ſunt matura flaueſcunt. Vergilius in buccolicis.molle paulatim flaueſcet campus ariſta.et pri
mo georgicorum.Flaua ceres alto ne quicꝙ ſpectat olympo [Sacra nocturna] qꝛ vt diximus: Vergilius
ſacra bacchi per noctẽ fiebãt [Baſſarides] bacchi ſacerdotes ab eo ꝙ bacchus a veſtis genere
baſſareus dicitur Perſius.Et raptum vitolo caput ablatura ſuper baſſaris. [Jam thartheſſia-
cas.[Dicit ꝙ ſub primã noctẽ ceperunt ſacra peragere [Undas thartheſſiacas].i.ſol occidit in Perſius.
occeano. Nam tartheſſos eſt que poſtea Cartheia eſt appellata:nũc eſt Carthagena non longe
a calpe. Sillius.iij.libro Punicorum. Tartheſſos ſtabulati cõſcia phebo:id eſt vbi ſol equos
diſiungit confecto itinere diei. [Curuo littore] epitheton littoris. [Thyrſos] ramos quos Sillius
circumferebant et vibrabant in illis ſacris. [Reſ nant vlulatibus] et id quodqꝫ faciebant.

8